



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Officium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

p. 3. tr. 5. ref. 84. & p. 5. tract. 14. ref. 92.

3. Vulneratus ab altero, vel offensus non potest absolui, nisi odium, & rancorem remittat, & signa eius externa, nō tamē tenetur actionē iniuriarū remittere. Villalob. & alij. p. 5. tr. 3. ref. 103.

## Officium.

1. Officia sæcularia ex naturā rei vendi possunt, cum his tamen circumstantiis. 1. vt vendantur saltem dignis. 2. vt pretio moderato. 3. vt id fiat ob Reipubl. necessitatem, vel utilitatem. Lessius & alij 10. p. 3. tr. 5. ref. 108. Sed hoc soli Principi supremo licet, non autem substitutis, vt Proregibus. p. 6. tr. 6. ref. 3.

2. Qui habet licentiam à Rege transferendi officium in alium, potest cum expressā, vel tacitā eiusdem Regis licentia illud vendere. (La Cruz.) Qui tamen sine licentia venderet, non teneretur ad restitutionem pretij, modò habuerit licentiam illud transferendi. Ledesm. & Sotus. p. 3. tr. 5. ref. 109.

3. Qui conuocantur ad electionem Magistratum, & Officialium alicuius Reipubl. debent antē omnia præstare iuramentum de bona electione facienda, quod,



quod iuramentum obligat sub mortali. Qui autem eligunt indignos, non solum peccant mortaliter, sed tenentur ad damna inde secuta. (Covarr. & alij.) Cum verò plures sunt electi, & eorum nomina coniciuntur in urnam, ut ex illis vnus assumatur, si Prætor vnum pro alio legat, aut vnam chartulam aliis paulò grandioreni faciat, ut illam possit dignoscere, peccat mortaliter, propter iniuriam quam facit aliis, qui habent æquale ius ad illam dignitatem. Suarez p. 2. tr. 15. res. 67.

4 Tenetur non tantum talis Magistratus, sed etiam Princeps ad officia secularia eligere digniores. Less. & alij  
 20 Sed contrarium est probabile. Vasq. & alij 4. multò magis tenentur Proreges, & similes, pro officiis illis digniores Regi proponere; neque pecuniam pro eo possunt accipere. *ibid.* & p. 4. tr. 4. res. 172. & p. 6. tr. 6. res. 2.

*Opinio probabilis.*

**L**icet relictâ opinione probabiliori, & tutiori, sequi probabilem, & minus tutam: quia prudenter agit qui ex opinione probabili operatur. Sanchez

&